



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

XXI. Ad tepidos, & otiosos Christianos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

vobis successerint minùs prospera! Dicite: *Fit  
at, quod bonum in oculis Domini!*

*Instructio meritoria.*

Dum opera, & labores aggredimur, flecta-  
mus anteà, & tribùs Pater & Ave cum Credo  
Dei imploremus auxilium, atque assistentiam.  
Hanc consuetudinem si induxerimus, quàm be-  
nedita erunt opera nostra! Quàm sancta, &  
perfecta œconomia domestica! Sentient infan-  
tes! Sentient oves, & boves! In quibus omni-  
bus manifestabitur Dei clementia.

EXHORTATIUNCULA XXI.

Ad tepidos, frigidos, & otiosos Chri-  
stianos.

I.

**F**illi! Usquequò pigri, & desidiosi dormiemus?  
usquequò de torpore, & somno mortis non  
consurgemus? Hora est! Surgamus! Grandis  
nobis restat via! Ad æternitatem pergimus: &  
otiosi, frigidi stamus, tepescimus, pigritamus?  
Currendò scanditur cœlum! otiandò perditur!  
Nemo manibûs in sacculo absconditis sibi the-  
saurizat. Dilecte! Quæ verba sunt ista? Dicta  
sunt ad vestram doctrinam: Capite! Ardete!

*Instructio meritoria.*

Cessat vitæ desidia, ubi ad opera diei applica-  
tio sui seria. Multiloquia fugiamus! Otia fo-  
rensis deseramus, & piis de manè factis propo-  
sit is efficaciter insistamus. Sic erimus in igne.  
Hunc fervoris ignem ut accendamus magis, co-  
ram

ram SS. Venerabili Altaris Sacramento officium de Corde JESU recitemus. idque quo frequentius, eò ad profectum spiritualem conducedius.

## II.

**F**idelis anima! è veterno vos excitet, & ad magnum in actionibus fervorem vos animet felicitas eorum, qui vivunt sine torpore. Hi enim semper currunt, continuò in spiritu proficiunt, merita augent. Vix momentum, quod non suum habeat præmium. Terreat econtra infelicitas tepidorum! Tepidam vitam excipit mors plerumque plena angustiis; sententia tremendi Judicis; combustio infernalis. Jam securis ad radicem posita est: omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, exscindetur, & in ignem mittetur. Heu! Heu! Heu! Quid damnosius de sidiâ?

*Instructio meritoria.*

Amemus & quæramus conversationem cum hominibus spiritu, pietatéque ferventibus. Antequam frequentemus, gratiam ædificatoriè, & exemplariter conversandi petamus à Spiritu Sancto per septem *Pater*, & *Ave*, additò hymno: *Veni Creator Spiritus!* Qui venit à Deo, non scit, nisi bene loqui de eo.

## III.

**C**Hare! Unde nobis tanta in spiritualibus cordia? Siccine labores, rigores, mortificationes fugimus? Non placet corpori tam durum, atque diuturnum vivendi genus. Horret animus

animus, dum annos adhuc quadraginta, aut quinquaginta superstites numerat asperioris vitæ. Verum quis diem alterum nobis promisit? Ah! Non simus solliciti de crastino! Hodie agamus, quod conducet in omnem æternitatem. *Citò transeunt dies nostri, utinam bene!* Cæsarius.

*Instructio meritoria.*

Timorem erga virtutis exercitium ut statim in principio reprimamus, duodecim actibus vel rigoris, sive alterius mortificationis v.g. tempore recreationis, aut corporalis refectionis reflexè statuendis naturam corruptam generosè impugnemus, memores, quid S. Paulus ad Galatas: *Sic stulti estis, ut, cum Spiritu cœperitis, nunc carne consummemini.*

## EXHORTATIUNCULA XXII.

## Ad Garrulos, &amp; multiloquos.

## I.

Fili! Qui custodit os suum, custodit animam suam. Summa difficultas in linguae gubernio. Lingua nam enim nemo hominum domare potest, ait S. Jacobus. Quare? Quia est inquietum malum, universitas iniquitatis, plena venenō mortiferō. Quis tam labili jam fidat membro? Quis multiloquia diligit?

*Instructio meritoria.*

Excessimus saepius. Luamus! Satisfaciamus hodie psalmos pœnitentiales recitando, & in venerationem Divini Verbi pro nobis incarnati trigesies quater terram, dum soli fuerimus, exoscu-